

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

26. Vt quid eimidi estis modicæ fidei?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

enim inuenit ipse Caluinus, non vnum Christum  
sibi vindicare quicquid honoris antiquis sacer-  
dotibus datum erat, sed omnes Euangelij sui mi-  
nistros hoc honore, idque ex Christi mandato,  
gaudere, quod suā peccatoribus munditiem pro-  
nuntiant: qui sane honor antiquis sacerdotibus in-  
figura tantum datus erat, circa lepræ munditiem  
pronunciandam. Cæterum non vnum Christum  
omnem sacerdotalem honorem sibi vendicare,  
sed pro sua dignatione & perpetua Ecclesiæ suæ  
conservatione, sacerdotibus Euangelicis magna  
ex parte impariſſe, tota SS. Patrum antiquitas  
contra impium Caluinum docet. Vide illorum  
verba in Prompt. Cath. in dom. in Albis. Vnuſ Lib. 3.  
Chrys. apertissimè loquitur. Pater (inquit) omne de sacer-  
dotiū dedit filio: sed hoc totum video à Dei filio sacerdos-  
tibus traditum. Hæc ille.

26. *Vt quid enim est modicæ fidei?*

**O**BSERVATIONE dignum est hoc  
loco, agnoscere necessariò Caluinum  
quemlibet timorem non esse fidei contrarium, &  
fidei defectum nō quolibet timore coargui, sed ea formidine  
qua conscientia pacem turbat, vt non recumbat in Dei pro-  
missiones. Hæc enim coufessio certitudinem fidei, Certitudo  
quam perpetuò docet, adeo refellit, vt propterea  
in Institutione, sua vbi totam hanc doctrinam  
accuratius pertractat, certitudinem quam ponit  
omni timore vacuam ab omni trepidatione &  
dubitacione liberam statuat: lib. 3. cap. 2. Quem  
etiam in finem Scripturas omnes que ad timorem  
nos hortantur, egregie deprauat, & nihil aliud  
quam reuerentiam filialem nos docere disputat.  
Vide opus nostrū de Iustificat. lib. 8. cap. 26. & 27.

F 3

Sanè

Certitudo  
fidei Cal-  
uinianæ  
refellitur.

Ad Luc.  
cap. 8.  
ver. 47.

Sanè idem Caluinus sibi contrarius infrà de mus-  
liere quę fluxū patiebatur. Quia videns quòd non la-  
tuit, venit tremens, & cecidit ad pedes Iesu; dicit Calui-  
nus, quòd talis trepidatio fidei, contraria fuit, & excusas  
tione carebat. Sic tractat Scripturas Caluinus, non  
ex sacra veritate quam illæ tradunt, sed prout  
ipſi & causæ præsenti commodum est.

## IN MATTHÆI CAP. 9.

6. *Quòd filius hominis potestatem habet dimitendi pec-  
cata in terra.*

**V**ENENVM hic suum inspergit Calui-  
nus his verbis. Hæc potestas longè alia est  
quām quæ Apostolis mandata fuit, & qua ho-  
die funguntur Ecclesiæ Pastores. Non enim tam remittunt  
ipſi quām remissa testantur, dum iniunctam sibi legationem  
promulgant. Hæc ille. Cæterum Apostolis datam  
fuisse à Christo potestatem ut verè peccata re-  
mitterent, & eadem potestate fungi hodie Eccle-  
siæ Pastores, contra Caluinum demonstratum  
vide in Prompt. Cath. domin. in Albis. Sed & in-  
frà ad Iqan. cap. 20. dabitur hac de re contra Cal-  
uinum disputandi locus amplissimus.

Ver. 23.

21. *Dicebat intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius,  
salua ero.*

**V**IA ex hoc loco probant luculenter Ca-  
tholici reliquias Sanctorum venerationem  
mereri, & per eorum contactum Deum virtutes  
operari, quod in Prompt. Cathol. Dom. 23. post  
Pent. aliqua ex parte nos ostendimus, multum  
contendit Caluinus ut hoc nobis tam illustre ar-  
gumentum eripiat. Primum disputat rem ut cu-  
que laudabilem in exemplum trahinon debere.

Quod